

Quid quod ex sanguine, carnis, ossibus, chymica arte, magna salis copia exhibetur, hic autem unde nisi ex herbis, quibus reliquorum more animalium vescimur?

Industri Natura indagatores, qui neglecto cortice, nucleo & rerum perscrutantur, iam diligente distillatione in herbis Acribus, Ferulaceis, Tetraspermaticis, & Buphthalmicis, multo plus salis quam in alijs reperiri probe nouerunt. Atque hinc esse existimo, quod sal sed nos tam inimicas Naturae, & aduersas vires possideat, ut amaritudo, nec adeo vehementes, & sepe causticas & acrimonias, sed inter viramque media quadam via ingrediatur. Hinc etiam est, quod cum sal incendio simul corroboret, omnes digestiones iuuet, separaciones procuret, expulsiones promoveat, quin si maiore quantitate sumatur, omnes humores noxios sursum deorsumque, prout complexiones, vel causarum morborumque discrimina variant, expurget, atque ab innumeris malis hominem liberet, ut videre licet in Schenkij curiosissimis, & utilissimis observationibus medicis, transit tamen quandoque in venenam naturam, & ex libris Navigationium patet, ubi mira, quantum aqua maritima potus nocuerit, exempla leguntur.

De dulcedine non est opus longius sermonis filum producere. Dulcia ut nobis omnium sunt amicissima, ita vires, & commoda eorum sunt familiarissima. Hec enim cum à suau calore, longa digestione, hunc temperatum saporem sint adepti, non est mirum si nos adeo illis gaudeamus, cum inter omnia animalia simus temperatissima à Natura complexione dotati. Dulcia enim nec adeo terrestria sunt, & salsa, & amara, nec adeo ignea, ut acria, sed inter hec media quadam ratione, tam quo ad substantia modum, & rucant, quam quo ad primas qualitates incidentia, vnde statim exasperatas corporis nostri partes leniunt, & moderata corpulentia inanitas easdem replent, & resarcunt.

#### DE NEICOTLALPATLI TOTOPECENSI Vomitoria, Cap. I.

**N**OMEN habet Neicotlalpatli herba, ab ea quam excitat vomitione. folia, quæ fert Scammonij folijs similia, per longa dissita interualla, atque oblonga, sed circa extortum à pediculo latiora, atque obrotunda. caules volubiles. flores carentes. surculosas verò radices. Nascitur calidis, ac planis locis. Radix est calida, siccaq; ordine secudo, & graue virus olens. eadem drachmæ vnius pondere deuorata, dicitur bilé & pituitam, per superna arque inferna, leuiter purgare.

#### IO. TERRENTII LYNCEI NOTAE.

Licet Author hanc herbam Convolvulis videntur velle adscribere, potius tamen inter Apocyni genera reponi debet. nam folia bina ex aduerso positæ, semper in Apocynis reperiuntur, in illis nunquam me vidisse memini. Graue etiam virus in Convolvulis nullum, sed in Apocynis. Vis tandem purgans, & emmetica, magis est evidens in Apocyno, quam Smilace.



# RERVM MEDICARVM NOVAE HISPANIAE NARDI ANTONII RECCHI Liber Septimus.

SALSAS ET DULCES HERBAS PROFERT.

#### IOANNIS TERRENTII LYNCEI PRÆFATIO.

**M**AGNO ipse nature beneficio obstringimur, quod in tantilla corporis nostri particula, lingua inquam, tam in genere & emolumentum posuit. qua quidem que ad sustentandum, & nutrientum nos necessaria sunt, apprime percipimus. Sapores enim, quos lingua comprehendimus, indices sunt & alimento, & venenorum. Hinc plerique amara exhorrescimus, ut potè à natura nostra alienora, & potius medicamenta, quam nutrimenta, de quibus superiori libro dictum est, nunc ad salsa accingimur, magis nobis amica, & ad dulcia nobis omnium amicissima.

Herbarum autem salinarum, qua hoc sapore gustui se nostro offerunt, non numerosa, sed paucilla est cohortis. exceptis enim Cicerum foliolis, quorum superficies solūmodo salsa apparet, plerique omnes sunt maritimæ, & vel ad quas salis maris perflat, quo insciuntur, pertingere potest. sed neque sal ob gravitatem, & ut ita dicam, corpulentiam suam, in intima plantarum interuenia se insinuare, aut ab earum fibris facile attrahi valet. quin neque multum prodesse plantis videtur, cum, sua acrimonia & acuminie necare potius quam invicere eas censerri possit. Et tamen plantarum nullam speciem sine sale esse, iam calcinatione earum, & lixiuum ex cineribus parando, salemq; ex illo excoquendo, quam ex animalium nutritione plus nimis est manifestum. Homo siquidem sine sale, uti neque alia animalia vivere non potest. narrimus autem ex quibus constamus, quod excrementsa nostra, sudores, urina, catarrhi salis, palam faciunt.

Quid



*De OCOPIAZTLI* Scorpij spina. Cap. II.



*De PACXANTZIN*, seu planta subsidente. Cap. III.

**P**ACXANTZIN, quam alij *Tenextlacotl*, seu virgam calcis vocant, alij verò *Tlacoalacan*, herba est fruticosa, caules proferens longos duos cubitos, teretes, lignosos, striatos, & cineros, inclinantes in purpureum, vnde nomen. folia rara, *Saluiae* similia, aspera, sed internè subalbescentia, superne verò viridia, flores luteos, magnios, prodeuntēs è calyculis squamosis. radices verò fibram instar. Calida & sicca natura constat, ordine secundo, & odore graui, saporeque. Temperato gaudet colo, quale est *Tepozlanicum*, ac mense floret Sepembri. Ius decocti radicum medetur latierati, debilem ventriculum roborat, pectus calefacit. exhibetur quoque ab aliqua ægritudine resurgentibus, & ducendis in balneum. folia tusa, permixtaq; *Chichiamic*, & *Tlataolton* æquis portionibus, ac contuso loco admota, quidquid humoris ad eum defluxit, siccant, atque disficiunt. verum tunc temporis consueuerunt Indi Medici infundere naribus puluerem *Tlaxilo xochitl*.



*De TEPEZENTLI*, seu spicis *Maizij Montani*. Cap. IV.



**H**ERBA est *Tepezentli*, folia ferens purpurascencia, Limonis forma, sed maiora. caules quinque ferent dodrantes, longos, teretes, purpureos, digitum crassos, geniculatos per interualla. fructum *Chilli*, refertum semine plane orbiculari, & lanugine comprehenso. radicem verò contortam, & candidam, quibundam veluti glandibus adhærentibus. Nascitur in frigidis, & saxosis locis. Radix extra intusque candescit. gustata virus minime ingratum olet, *Paeoniae* simile. ac calorem, siccitatemque ordine præfert secundo, crassamque substantiam. sensum aliquem caloris, ne dicam vredinis, præbet circa guttur. tusa, ac trium drachmarum pondere ex aqua deuorata, omne humorum genus, supra infraque vacuare dicitur.

*Hac etiam species Apocyni haberi debet, ut cuius descriptionem legenti, & figuram intenti patere potest.*

*De TLACOLCOATLI*, seu *Coatli bumili*. Cap. V.



**T**LACOLCOATLI herba est, quæ caules tenues, geniculis interceptos proferunt, refertos folijs *Ericæ*, exilibus, ac breuibus. flores sunt carentes, longiusculi, ac véluti è flocco concinnati. radices tenues, perlongas, adeoq; fibris similes habet. Nascitur in collibus, planisq; locis regionum frigidarum, qualis est *Huexocicensis*. calida secundo ordine constat natura, lubricaque. Ius decocti radicum propinatur, difficile nec sine dolore, vrinam reddentibus. dolorem enim lenit, emundat meatus, atque vrinam, & quid illi obstaculo est, euocat.

*Spica flor um similis est Iulo Acori.*

*De*



*De TLAAÇA CAMECAXOCHITL,  
seu florae funis pabuli terrestris.  
Cap. VI.*

**H**ERBA est *Tlalça camecaxochitl* salicina folia proferens, oleagineavè, caules multos. flores ex albo rubrescentes, comantes, in summo exiles, & modicos. radicem verò transuersam, fibratamque. calida est, & sicca radix ordine secundo, atque odora. medetur eadem semiuncie pondere deuorata, interpolatis febris, mentemq; reducit his, qui eam casu amiserunt.

*Caulis obscurè rubet, folia vero ex viridi tendunt in luteum, flores similes sunt *Acaliae*, vel *Eupatoria* *Auscinae* dicto, cui forte congener fuerit.*

*De TXIAYAHUAL CHAPALTEPECENSIS Nepeta Mex.  
Cap. VII.*



**N**EPETÆ, Calamintavè videtur species nostro Orbi incognita *Txiayahual* herba, folia ferens parua, ferrata, subalbescentia, & cordis ferè figura. lignulos caules, & tres spithamas longos. floresque multos, candentes, & modicos. radicem verò prolixam, & fibratam. Montosis, ac temperatis locis gaudet, quales sunt *Tetzquenses*, & *Capultepecenses*, vnde facta est eis distinctionis gratia cognomen. odora est, calidaque, & sicca ordine secundo. radix pota ex aqua, diarrheas compelcit, tumores præter naturam maturat, & rumpit, frigori febrium intermittentium adueratur, sedores, & vrinam elicit, & vitiolos ventriculi detrahit humores.

*ITEM EST TUNTA IN TLAELPATLI  
De TLAEELPATLI TONALLAE,  
seu Medicina dysentericorum.  
Cap. IX.*

**T**LAELPATLI TONALLÆ herba folia Lini tenuia fert. caules exiles, teretes, & longos. flores compostos in corymbos. radicem candidam, longam, tenuem, & fibratam. Nascitur *Tonalle* Misticæ inferioris. radix est primo ordine calida, graue quodam virus olens, & nonnihil adstringens. eadem semiuncie pondere deuorata, medetur dysentericis.

*De TLAAQAVHTILIZ PATLI,  
seu Venerea medicina.  
Cap. IX.*



**H**ERBA est *Tlaquahtiliz patli* folia longa mittens, & angusta, falignis maiora, subalbidaque, & firma, qualia esse solent arborea. caules breues. fulvoisque, vt ferunt, flores. radices longas, ac tenues. Nascitur in montibus temperatis agri *Acatlanici*. sapor est *Glycyrrhiza*, dulcis. calidaque, & humida, ordine secundo temperie, aut primo completo. excitat venerem admota pudendo, ingestaque, vnde inuenit nomen. curatque puerorum diarrhoeas, rosta redacta in puluerem, atque duarum drachmarum mensura deuorata.

*Plante, qua Glycyrrhize saporem habent,  
estiles sunt ad expurgandos meatus virinarios,  
renumque calculos, ut in Anonide omnibus  
constat. & quia omnes generi leguminum con-  
tinentur, non mirum si flatus excident.*

## De APATZI PVNTZVMETI. Cap. X.

**F**OLIA feri herba *Aphatz Puntzumeti*, rara, longis appensa pediculis, ocymina, & circinata. caulem breuem, rectum, teretemque. ac in summo flores orbiculares, Chamamelo similes, è fuluo candescentes. ac semen Aniso simile. radicem verò surculo similem. Prouenit in frigidis regionibus *Mihuacanensis*. radix Coriandrum olet calidaque, & sicca constat temperie. eadem ex aqua resoluta, aqua epota, dysentericis medetur, & ijs, qui quartanis circuitibus infestantur. Ius decocti cius confert cruribus edentate affectis, si evocabuntur.

De APATZI PVNTZVMETI II. seu *Mustella odorata*.

Cap. XI.

**H**ERBA *Aphatz Puntzumeti* altera vinum profert caulem sex spithamas, longum, tenuem, teretem, & striatum, è binis ternis radicibus, exilibus & tenijs similibus prodeunt. & in eo folia longa, angusta, serrata, rara, Amygdalivæ, & quæ in colore fuscum inclinant. & nisi paulò breviora essent, ac lata, Saligmæ videbentur flores luteos, in pappos abeuntes. ac semen in summis capitibus simile Aniso. radix Coriandum indistincta olet similitudine, sapit verò Pastinacam, singulq; Coriandum permixta, & calefacientis naturæ esse reperitur. In cacumine montium prouenit, frigidisque locis, quale est *Pazquarum* prouincie *Mihuacanensis*. radix tusa, atque è liquore quoquis conuenienti deuorata, dysentericis, ut aiunt, & quartanis febribus solet mederi.

De CACAVAXOCHITL,  
seu Flore Cacaualt.

Cap. XII.

**C**ACAVAXOCHITL herba est folia cordis figura fundens, caules dodrantes, flores purpureos, radices verò crassas, fibratasque. Nascitur *Tanguitlani Mistica superioris*. Dulcis est radix, & nonnullam præfert amaritudinem, & cum siccitate calorem. eadem Tœugata, atque epota semiunciez pondere, dysenterijs medetur.

*Ad Altheas referri potest hec planta. radix eius crassa, & lutea depingitur. caules & folia similiter subluteo sunt colore. Calyx fibisci, flos superiore parte ruber, inferiore verò in album vergit, inspersis rubris maculis.*



De

De CHARAPETI.  
Cap. XIII.

**H**ERBA est *Charapeti* folia mittens ferrata, Vrticæ, aut Ocymi proxima, sed tamen longiora. stipites multos, prolixos, & fuluos. & iuxta cacumen flores ex albo rubrescentes, longos, & angustos. radicem verò fibratam. Nascitur in calidis *Mihuacanensis*, & frigidis locis. at floribus decidentibus apparent vesica cordis figura, in quibus continetur semen. calida, & sicca natura radix constat. eadem tusa resoluta ex aqua, & sex obolorum pondere epota, scabiem curat, etiam Gallicam, ac ventris dolorem lenit.

*An Scrophulariae congener?*De CHICHANTIC COATLANEN.  
SI China Astringente.

Cap. XIV.



De

**C**HICHANTIC COATLA-NENSIS herba est folia Vrticæ proxima mittens, sed pennatis pediculis. caules quadratos, farmentosos, & hirsutos. flores purpureos, similes *China*, cuius est species. radices verò capillatas. Nascitur feruentibus regionibus, qualis est *Taubepicensis*, & *Coatlanensis*. semiuncia pondere trita folia, epotaque ex aqua, fluxum alui cohibent. calida, siccaque, & adstringenti natura constant, & odore gravi. & fluxum sanguinis prægnantium loget, quomodolibet admota, retinere.

De CHIMALATL PERVINA Flore Solis. Cap. XV.



**C**HIMALATL PERVINA, seu Magna, quam *Anthilion*, & Florem Solis appellant quidam, herba est folia ferens magna, ferrata, infernè candescens, & Vricta amulania formam. caulem unicum, rectum, decem quindecim vè pedes procerum, brachium crassum, rotundum, cauum, atque exaturato colore virescentem. florem in summo orbicularem, aureo micantem fulgore, speciosis radiantis bus per ambitum luteis folijs, media vero orbita quampluribus flosculis flauescensibus refertum, è porulis, fusi mellis instar ordine dispositis, ortum ducentibus. ijsq; de cidentibus semina insurgunt illis Meloponum forma (etsi tercetia ferè sint) lenitate, temperie, & cetera prope natura similia. radices vero aliquadantes tuberosas, ac fibratas. Semina, licet liberalius deuorata dolorem capitidis excitent, pectus tam leniunt, ardorem extinguunt, & apud alias gentes tusa, coacta in panem, assaque, frumenti præbent usum. etsi non desint, qui dicant, appetitus venereo excitare. maximè pediculos foliorum teneros, absteris pilis in craticula coctos, sale, oleo; conditos esui suaves, orique gratos. Huius aliud obseruatur genus, cuius caulis breuior, ac minor est, ac ramos duos, tres, pluresvè ferens, ac in singulorum summo flos insurgit priori similis, multò tamen minor. Nascitur in Perù, alijsque nonnullis Americae prouincijs sponte, in alijs vero quibusvis locis planis, atque campestribus lemne, latior tamè campestribus, & culis.

*Flos Solis Indicus* etiam *Europa à multis annis* innotuit. eiusque magna conspicitur varietas in magnitudine foliorum, & floris, in altitudine & crassitate caulis, in colore florum, qui quandoque albus reperitur.

*Consulendum etiam Monardes cap. 68. cum notis Clusij.*

De CVITLAÇOTL TEPECVAQVILCENSI Napiformi. Cap. XVI.

**H**ERBA est *Cuitlaçotl Tepecuacuilcensis* folia pinguis habens, cordis figura, Pyrivè. caules tres dodrantes longos, volubiles, partimq; purpureos. flores candentes. radicem magnam, obrotundam, carentem, ac fibratam. Nascitur *Xochimilci* temperato cœlo, in domibus ac hortis, sed è translatâ, à calidis regionibus. nam & *Malinalci*, & *Tepecuacuilci* prouenit, planis & campestribus locis, maximèque iuxta aquarum fluenta. Radix Napum oler, sapitque, atque puluerem bellicorum instrumentorum, tormentorumvè. calore nonnullo prædita est. petitoris, ac ventris dolorem sedat, ac flatum, discutit vnius vnicæ deuorata pondere. maximè si è liquore aliquo calenti, additoque Siliquastro, assimilatur. Quartanis, tertianisque medetur, vacuata per superiora bile, & humore melancholico, si paulò ante accessio nem sumatur.

De MICVI TLAXCOLLI; seu Pisum intestinis. Cap. XVII.



**M**ICVI TLAXCOLLI herbu la, nomen inuenit à radicis forma, vnde profert caules tenues, & in eis folia longiscula, & angusta, & in summo flosculos candentes, exilesque. Nascitur apud *Panuenses*. radixque calida temperie constat. tusa & applicata, medetur ulceribus mira breuitate, etiam cancerosis, & alioqui insanabilibus. Quamobrem maximi habetur ab incolis. folia vero tusa & potata, medentur iutericis, & suppressam vrinam euocant. Radix vero, oculorum carnem excrecentem extergit, si puluis eius inspergatur. aiunt etiam, infusam ita corpus vniuerum purgare, vt homines alioqui pigros, & fegnes, impigros efficiat, ac patatos ad quemuis labore sustinendum.

*Fruclum apertum pinxit Xyridi similem, id est in tres partes diuisum. in quarum unaquaque, duo semina lutea continentur.*



De **NEXTLACOTLY YACA.**  
PICHTLENSI Limoniphylla.  
Cap. XIIIX.

**H**ERBA est **Nextlacotly Yaca**. pichtlensis folia Limonis mittens, sed maiora, asperaque. caules in hominis assurgentess magnitudinem. flores pallentes, conctetos in calycibus squamosis. radices verò surculosas. Nascitur in calidis, & frigidis regionibus, locis humidis, ac montium faucibus. calida est, siccaque, & gustu odorata. Ius decoctius, aut radicis, foliavè duarum drachmarum pondere deuorata, vrinam euocant, & enixis magnopere à partu conferunt.



De **T L A C A P O L I N**, seu  
Chamecerafo Atlapulcensi.  
Cap. XIX.

**T**LACAPOLIN herba est dodrantalis, folia ferrata fundens, oblonga, & per interualla caulum quaterna, quinavè. caules purpureos. flores in postremis ramis paruos, & coccineos. fructum Cerasis nostratibus persimilem, minorem tamen, vnde contingit nomen. radices surculosas, & candentes, longas, & anferinam pennam vix crassas. Nascitur montosis, frigidisque locis **Atlapulci** in ilicetis. calida enim est, & adstringens. seruaturque radix rösta in annuos usus. hæc herba redacta in puluerem, & infusa, dysenterias curat.

De **T L A C O X O C H I T L** Iasminaliflora. Cap. XX.



**T**LACOXOCHITL *Anenecuil-*  
*censis*, quam alij *Tlacoxihuil* vocant,  
*Hoaxtopecenses* verò *Tlacopati*, herba est, quæ  
folia fert saligna, subalbidaque. & è radicibus  
fibrarum instar, catiles fuluos. & in summa-  
parte flosculos ex albo rubrescentes, lon-  
giusculos, & compositos in comam. Nascitur  
in calidis, planisque locis. audio à mari Au-  
stralí *Anenecuicum*, ob remedij præstan-  
tiā primò fuisse allatam. Calida est, & sic-  
ca, adstringensque facultas. atque ideo pro-  
pinatur his, qui laxitudinem patiuntur. cor-  
roborare enim eos, ac veluti viuiscare prædi-  
catur. quin radicum puluis vetustis plagiis di-  
citur egregiè mederi.

*Radix huius plantæ ut ex Imagine conspi-  
cere licet paucas habet fibras, caulis aliquantum  
purpurascit, folia terna saligna. flores in sum-  
mo caule rubri, oblongi, nempe figura *Gelsimini*,  
vel *Quamoclit* diæta, seu *Convolvuli Pennati* à  
dolissimo & nobilissimo D. Fabio Columna Lynco in suis Rariorum ac minus cogni-  
tarum Stirpium libris descriptæ.*

De **T H E V H C O P A L L I**, seu Copalli Dei. Cap. XXI.

**H**ERBA est *Thevh copalli* folia mittens *Acocotli*, seu Ligustici Indici. caulem cauum, Ferula similem, geniculatum per interualla, & canden-  
tem. & in extremo caule fructum comantem in mulcarij modum, sed exilio-  
rem. & flores lanuginosos. fibratam verò radicem. calida natura constat. atque  
ideo radice eius in puluerem redacta, additaque *Nanahuapatl Yehoalensi*, tuber-  
culis è Gallico procedentibus morbo, mederi solet.





De TZON POTHONIC.  
Helichryso Mexicano.  
Cap. XXII.

**I**T A vocant Quauhquecullenſes ſpeciem quandam Helichryſi peregrinam, quæ herba eſt folia fundens Saligna, aut Conyzæ, ſquallentia, & hirsuta. flores Helichryſi ex albo palleſcentes, umbilicumque circa medium rubeum. radicem furculoſam, & fibratam. Naſcitur in calidis Quauhquecullenſe. calida conſtar, & lubrica natura, & odorata gemitu. Ius decocti eius medetur ruffi, farietati, & ventris doloribus. articulos humore obrutos, atque impeditos laxat, & mutat, ſudorem euocat, ac flatum diſcutit.

De YCEL ACOCOTLI CHULLV-  
LENSI Rosmarino Ferulaceo.  
Cap. XXIII.



Verum  
Dioſe Ro-  
ſmarin. Fer-  
culandum.

di cachrym ferent tribuit Diſcorides. quanquam Cululenſes, & Tlaxcalla (apud quos naſcitur) dicant, ius decocti eius bibitum, exanthematis & punc- tis, que ex ſanguine fulcitat febres comitari ſolent, mederi.

De



De TZTAC XIHUITL:  
Basio Monili. Cap. XXIV.

**H**ERBA Tzta xihuīl, quam alijs Tecacapan, alijs Chichiahuac xihuīl vocant, Volubilis eſt genus ad Hispanias iamdudum delatum, nuncupatum apud vulgus Basium monile. calida, & glutinosa natura conſtar, oculis medetur, vrinam euocat, & ſemen retentum pel- lit.

Flos huius Volubilis inferiore ſui parte depictus eſt colore lateo, in ſummo autem co-  
lore Echij.

De AXIPATLI. Cap. XXV.

**A**XIPATLIS herba, quam à natali loco Quauhnahuacensem vocare posſe, folia profert oblonga, & ferrata, folijs Menthae ſimilia. caules teretes. flores exiles, & purpureos, in ſpicas tenues, & longiusculas compoſi- tos, & à ſingulis foliorum exortibus prodeuentes circa caulinum poſtrema. radices verò capillis ſimiles. Sapore, & odore inſigni caret, adeoque calore nimio. Naſcitur regionibus calidis Xochitepecenſibus, & Quauhnahuacenſibus, planis & campeſtribus locis. Radices tufæ, & drachmæ vniuersi mensura ex Glycyrrhiza decocto, aut alio ſimili, deuorata, mirè vrinam euocat, emundant quidquid illius meatus obſtruere potest, aut vrinæ reddenda eſſe impedimento. Aliam Axipatlis alia.

herbam vidi Quauhquecullenſe ciuilem nominis, ſed odoram, & tertio ordine calidam, radice furculoſa, folijs ſalignis, ferratis, & flore modico, & candente, que retentam vrinam euocat, ſi pugilli mensura folia ex aqua deuorentur.

